



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

351. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ex Concilio Carthagenesi.

CCCL. Auguriis vel incantationibus ferventem à conventu Ecclesiæ separandum. Similiter & Judaicis superstitionibus inhærentem.

Concil. Carthag. 4. c. 89.
Halitgar. lib. 4. c. 27.
Hincmar. ibid.
Burchard. lib. 10. c. 7.

De eadem re. Gregorius Papa.

CCCLI. Pervenit ad nos quòd quosdam incantatores atque sortilegos fueris sectatus cum omni sollicitudine. Et zelum tuum gratum nobis fuisse cognoscas. Studij enim tui sit sollicitè quærere, & quoscunque hujusmodi Christi inimicos inveneris, districta ultione corrige.

5. Gregor. lib. 9. epist. 47.
Burchard. lib. 10. c. 4. & apud Gratian. 26. q. 5. c. 8.

De eadem re. Ex Concilio Toletano.

CCCLII. Si quis Episcopus, Presbyter, Diaconus, vel quilibet ex ordine Clericorum, magos, aruspices, aut ariolos, aut certè augures, vel sortilegos, vel eos qui profitentur sortem aliquam, consulere fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus, monasterij censuram excipiat, ibique perpetua pœnitentia scelus admitti sacrilegij luat.

Concil. Tolet. 4. c. 29.
Burchard. lib. 10. c. 48.

De eadem re. Ex Lege Romanâ.

CCCLIII. Malefici, vel incantatores, vel immissores tempestatum, vel qui per invocationem dæmonum mentes hominum turbant, omni pœnarum genere puniantur.

Interpret. l. 3. Cod. Theodos. de malefic.
Burchard. lib. 10. c. 28.

De eadem re. Ex eadem.

CCCLIV. Quicumque pro curiositate

Interpret. l. 4. cod. tit.